


PD 2007
A7 535

LIBRARY OF CONGRESS



0 003 180 955 1



RUNOGRAFIA GOTHLANDIÆ

REVISA AUCTA ET ILLUSTRATA.



CUJUS

PARTICULAM PRIMAM

VENIA AMPL. FACULT. PHILOS. UPSAL.

PRÆSIDE

MAG. JOH. HENR. SCHRÖDER

REG. ACAD. BIBLIOTHECARIO, HISTOR. LITTER. ET ARCHAEOLOG. PROF. REG. ET ORD.
NUMISMAT. ACAD. PRAEFECTO, REG. ORD. HISTORIOGRAPHO, REG. ACAD. LITT.
HUM. HIST. ET ANTIQ. STOCKH. REG. SOCIET. SCIENT. UPSAL. REG. SOCIET. SCIENT.
ET LITT. HUM. GOTHOB. REG. SOCIET. HIST. SCAND. STOCKH., REG. SOCIET. SCIENT.
NIDAROS. REG. INSTITUT. AMST. REG. SOCIET. ANTIQ. HAFNIENS. ET EDINBURG.
INSTITUT. ARCHAEOLOG. ROM. REG. SOCIET. ACAD. SABAUD., SOCIET. HIST. ET ANT.
POMER. ET NORW. SOCIET. LITT. ET ART. MITAV. AC FLORENT. MEMBR. ET CORRESP.
NEC NON SOCIET. LITT. ISL. HAFNIENS. CET. MEMBR. HONORARIO.

P. P.

JOHANNES NICOLAUS CRAMÉR

Stip. Burmeist. Gothlandus.

IN AUBIT. GUSTAV. DIE XIV DEC. MDCCCXXXV.

H. P. M. S.

UPSALIÆ

EXCUDEBANT REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

å t

Hulda Fosterföräldrar

af

281056 1

20

en tacksam Fosterson.

PII 2007
G7 S35

L. B.

Seculum jam agitur, ex quo Rev. D. *Georgius Wallin*,
Dioceseseos Wisbyensis quondam Præsul, doctæ antiqui-
tatis amantissimus, studium et operam antiquitatibus
Gothlandicis dicavit. Per decennium, quo sacro ibi in-
vigilavit muneri, monumenta Gothlandiæ Runica, hacte-
nus ferme neglecta, felici omnino successu investigare
coepit. Breve vero apud Gothlandos otium, nova ad
cathedram Gothoburgensem transmigratione interruptum,
ne de molestia temporum publicisque curis loquar, in
causis fuit, cur ex Miscellaneis illius Gothlandicis, quæ
eruditorum diu expectationem tenuerant, particula pri-
ma, eademque unica, in lucem prodiret *). Monumenta
vero Gothlandiæ Runica; singulari illustrata commenta-

*) *Gothländska Samlingar*. 1 Del. Stockh. 1747. Qu. Post lon-
gas moras particulam secundam publici juris fecit pietas filii Rever.
Martini Georgii Wallenstråle, Gothoburgi 1776. Hic Dioece-
seos Calmariensis tandem Episcopus b. Parentis Collectanea Gothlan-
dica Mscr. Bibliothecæ Gymnasii Calmariensis legavit.

rio, Regiæ Societati Scientiarum Upsaliensi Noster tradidit, suadente *Carolo Linnæo*, laudatæ Societatis Secretario, qui Actis ea Upsaliensibus ann. 1745 et 1750 inseruit. Complectitur vero Rev. *Wallinii* Runographia Gothlandica monumenta Runica maxime Gothlandiæ septentrionalis. Telam exorsam igitur continuaturi heic ante omnia monumenta Runica Gothlandiæ australis sistere nobis proposuimus, quæ, utpote a Rev. *Wallinio* omissa, in itinere Gothlandico ann. 1835 coram videre et examinare contigit. Ea jam, nostro commentariolo qualitercunque illustrata, tuæ censuræ B. L. modeste deferimus.

Habet hoc singulare Runographia Gothlandica, quod suprema nimirum fata litterarum Runicarum in Scandinavia mirifice illustrat. Egregie scilicet fallunt et falluntur, qui Christianismi apud gentes boreales origini occasum Runarum tribuunt, cum e contrario, succrescente indies Christianismo, Runarum auctoritatem et usum etiam rebus in sacris invaluisse fere diceres. Documento sunt inscriptiones Runicæ intra sacrosancta ipsius ecclesiæ pomoeria frequentissimæ, ut illa præteream satis nota de Calendariis Runicis, opera et ministerio Doctorum

Christianorum ad normam ritus ecclesiastici primitus adornatis. Errant igitur, qui Runas omnes sub Christianismi initia ubique fuisse antiquatas contendunt. Reclamat, ut recte observavit Rev. *Wallin* *), Gothlandia universa. Et tamen illa fuit, quæ, non ausim dicere prima, sed inter primas sub Arcto regiones Christo nomen dedit. A re igitur aliena non erit observatio, Gothlandiam ab Hierarchiæ jugo quadamtenus liberam et immunem fuisse. Auctoritatem Episcopi Lincopensis rebus in ecclesiasticis sponte nimirum agnoscebat, et quasi hospitii jure fovebat. Quæ cum ita sint, non mirari convenit, si spiritum liberio rem sumserit ecclesia Gothlandica, moribus majorum nullo non tempore strenue addicta; cum e contrario in universa fere Scandinavia, Hierarchia adulta, litteræ Runicæ a litteris Latinis pedetentim supplantatæ et quasi extorres in Gothlandiam, ut in portum tutissimum, sese demum receperint et asylum Sec. XIII. XIV. XV. habuerint. Hujusce enim ætatis vestigia agnoscimus in cippis Gothlandiæ sepulcralibus; quid? quod mensæ Altarium, campanæ et lychnuchi; cet. haud raro inscriptionibus Runicis hujusce ætatis ornantur. Hæc et quæ sunt cetera litterarum Runicarum rebus in sacris ve-

*) Acta R. Societ. Scient. Upsal. 1743. p. 3.

stigia nequaquam adoptare et fovere potuissent Gothlandi; sacerdotibus invitis vel omnino recusantibus. Monumenta vero residua, probe examinata, non solum fatentur sed profitentur, ipsius ecclesiae doctores et antistites Runicis litteris consignanda curasse acta et edicta omnia, quae a vulgo lecta et intellecta voluere *). Huncque morem in Gothlandia constanter invaluisse usque ad initia Seculi XVI. et quod excurrit, ex monumentis observavimus **). Inscriptio Runica de anno 1517, in Cippo sepulchrali Ecclesiae Sanda obvia, omnium est recentissima, quas quidem nobis adhuc videre et examinare contigit. Mirari igitur subvenit, eodem seculo ad exitum vergente, in Scandinavia, qua late patet, adeo obsoletas fuisse Runicas litteras et dira sepultas nocte, ut *Johannem Thomæ Bureum* in Svecia et *Olavum Wormium* in Dania vindices et restauratores Litteraturae Runicae merito salutare liceat.

Haec hactenus. In genere tantum monuerimus, nos omnia, quae heic sistimus, monumenta coram vidisse et examinasse.

*) Cfr. *Ihre*, de Runarum in Svecia casu, p. 16. *Liljegren*, Runlära p. 161.

**) Quo igitur argumento ecclesiastici promiscue dici possint Runarum hostes et carnifices, ut censent nonnulli, ego non video. *Wallin*, Runogr. l. c. p. 3.

RUNOGRAPHIA GOTHLANDIÆ

REVISA AUCTA ET ILLUSTRATA.

I.

Paroecia Lye, in coemiterio ecclesiæ. Cippus notabilis, elegans. In area crux in gradibus.

+ þiþþþ * ʒtþ * þt * nit * *nʒʒrð *
rðþʒi * þiþt * nʒi * ʒt * þtþt * *
iþþþ * i * þtþþtþtþtþ * nny * nþntþt
nþrþ * iþt * ʒip * þt * þarnn * nþtþ
þ * nþnþþt * þt * þr * þntþþ * iþiþ * nþr *
þiʒtþtþþ * þt * þi * þt * þtþt * ʒtþt *
þt * þt * nþr * nþit * þt * þn: * þrþ

RINDRTHH * *NDTRRTH * TR * TH * THND * TRI *
 YHHTH * HT * RHYTHPI * TR * BIPINDY * PIT
 TH * YND * THPI * *TH * NHT * TH *
 THNDY * PRINDY * HTNDY * THHT *

+ Þinna sten þa lit Husfru Ruffi giera úfir sin bonta
Jacob *) i *Managartum* **) sum skutin varþ ihel miþ en
 bürsu stin af *Visbork* þa er *Kunung Erik* var bistallaþ þa
 þi for nemta slot. En þa var lipit af *Gus* bürþ *Fiurtan*
 huntraþ ar ok ainu ari minna en fentigi ar. *Bipium* þet at
Gup naþi hans sial ok allum *Krisnum* sialum. Amen.

Hunc lapidem adornari curavit Domina Ruffi pro ma-
 rito suo Jacobo de Managartum, qui bombardæ castri

*) Judex olim Gothlandiæ percelebris. Magnæ inter populares
 dignationis virum fuisse, constans etiamnum est traditio. De expe-
 ditione Regis *Caroli VIII. Canuti* in Gothlandiam an. 1448-49 cfr.
Lagerbring, IV. p. 426.

**) Hodie *Mannagården*. Male: *Malgaardum* ap: *Ihre*, l. c.
 qui mendosam fortasse delineationem secutus est. Cfr. *Sjöborg*,
Saml. II. p. 23.

Visborgensis ictus occubuit, cum Ericus Rex in prædicto castro obsidione cinctus esset. Anno a nativitate Dei Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono. Orate Deum, ut sit propitius animæ illius, omniumque Christianorum animabus. Amen.

II.

Paroecia Lye, in choro ecclesiæ juxta altare. In area cippi Crux in gradibus.

+ IHPIDBR * I * NITIR#INDY * *IT * NIT *
 PITRT * BITIT * NITIT * NPIR * PIPDR *
 SIT * #ITP * #P * BR#DPR * NITIT * INIPIIDIP *
 #P * NIY#T * BIPY * YDRI * PITY * #P *
 ITNDY * YRINDY * SITNDY * #P * PT *
 DTR * NPIIT * #P * PN: * BIRP * YDRTIT *
 *NITRIP * TR * #P * ITND * TRI * YITIT *
 PIT * V * ITIT * TR * #P * I * PT * TRI * BRIYITI *
 P * #P * R . YDITITR . I . XI . RITD :




+ *Jakaupr i Litelronum* *) *han lit giara pinna stain*
úfir Fapur sin Olaf ok Broüþr (sic) sina Likuviþ ok Simon.
Bíþim füri þaim ok allum Krísum sialum. Ok ta var li-
þit af Gus birþ furtan hundroþ ar ok ainu ari minna þen
*V. tihí ar ok i þa ari primapi P. ok R Sunutagr i XI. raþu. **)*

Jacobus de Litelronum lapidem istum adornari fecit
 pro patre suo Olavo et fratribus suis Lingvido et Simo-
 ne. Orate pro eorum omniumque Christianorum animabus.
 Anno a nativitate Dei millesimo quadringentisimo nono. Et
 eo anno numerus aureus P et littera dominicalis R in li-
 nea Calendarii undecima.

*) Hodie Lilla Rone.

**) Ita ultima Inscriptionis verba explicantur, quæ inexplicata re-
 liquit *Ihre* l.c. Cfr. *Liljegren*, l. c.

LIBRARY OF CONGRESS



0 003 180 955 1

